cauſa poſſit tollere defenſiones in criminalibus, nedum ex plenitudine poteſtatis: ſed etiam de poteſtate ordinaria.

Item adde, quod ad hanc quæſtionem, quod Princeps non poſſit tollere defenſionem in criminalibus, Simon de Petris
56 conſil.203. & Natt. conſil.451. num.30. reprehendit † Boſſ. qui in titul. de indic. num. 142. tenuit, quod iudex habens commiſſioné procedendi ex conſcientia, poteſt ſine indicijs torquere reum, & quod Princeps regulariter non poſſit tollere defenſiones in criminalibus, habes per Viu. opin.717. vol.2. ubi ponit multas ampliationes, & limitationes. *Ba.*

m *Quæro nunc.*] Farin. d.q.39. numer.51.52. & 55. *Roſ.*

Quæro nunc, an poſſit
57 *reus.*] Adde, an † idem ſit in appellationib. quod in criminalibus, vt non poſſit renunciari appellationi, vide deciſ. Delphin. 60. numer.7. in 2. part. & Boer. in deciſ. 267. ſub numer.16. circa med. ubi tenet, quod in cauſa criminali, quando tractatur de morte ciuili, vel naturali, vel membri mutilatione, non poteſt per cōdemnatum, vel condemnandum expreſſè appellationi ſuæ, vel per quélibet alium interpoſitæ, vel interponendæ renunciari.
58 Item adde, quod † renunciatio ualet in nouem caſibus, quos ponit Felin. in capit. cum veniſſent, de teſtibus, & in capit. quærenti, numer.3. de for. compet. & in capitul. ſi diligenti, eod. titul. dicit etiam, quod reus crim nis poteſt renunciare defenſioni ſtatutariæ.
59 Item adde, quod † latrones ſuis defenſionibus poſſunt renunciare ſimpliciter, & renunciatio tenet, ſecundum Ang. in l. cuſtodias, de pub iud. & ibi etiam imo.
60 Item † adde, quod nec etiam cum iuramento reus poteſt renunciare defenſionibus ſuis, Bald. in l. vnica, C. de confeſſ. numero 27 & Gomeſ. de delict. capitulo primo, numero 66. & ibi dicit etiam quod defenſioni perſonæ, & ſtatus
61 non poteſt renunciari: & quando ſit † renunciatio cum clauſula, quia nullam habet defenſionem, debet fieri hoc modo; videlicet, talis inquiſitus ſponte ex certa ſcientia, ſciens carcere omni ſpe defenſionis, renunciauit cuilibet termino ſibi ſtatuendo, tam ex forma iuris communis, quam ſtatutorum, & hanc formam tradit Socin. id capitul. qualiter, & quando, numer.1055. de accuſation. vbi dicit, quod talis renunciatio, valebit.
62 Item adde, † quod renunciatio defenſionis reuocari poteſt in cauſa criminali, gloſ. & Docto. in l.2. C. quorum appellat. non recip. Ang. in l. non tantum, ff. de appellat. & Mar. Fran. deciſ. Delphin. 60. num.8. par. 2. *Baiard.*

n *Quia ſcilicet ſcit.*] Farin. d. quæſt. 39. num.56. & ſequen. *Roſ.*

o *Conſulo tamen Iudicibus.*] Ego ſerua ſemper ordinem, & regulam traditam infra quæſtione 65. ver. primo, & adde, quia contra tales Iudices inuehitur Marſil. conſil.16. numero 25. vt per Menoch. dict. Tractatu de arbitr. iudic. libro primo, quæſtione 7. numero decimo, eodem libro primo, quæſtione 87. numero 8. in fin. Et quod immo de iure non poſſit renunciari defenſionibus, tenuit Felin. in cap. ſi quando colum.2. de offic. delegat. allegat Gloſſ. in l. pactum inter hæredem ff. de pact. & in cap. ex parte, il 2. colu.2. de off. delegat. & in cap. Paſtoralis. §. quia verò, colum. mihi quinta, extra eodem, Gomeſ. de delict. cap.1. ſub numer.66. per Golſ. fin. in l. pactum inter hæredem in fin. ff. de pac. quidquid in contrarium dixerit etiã Crauet. conſilio 115. numer. 12. ad fin. quia pro pecunia loquitur ibi; Et dum in verſic. ſeq. tractat de Reo ueniam petente, Vtrum uideatur confiteri, Adde Decium in l. ſi non uidetur rẽ, ff. de reg. iur. in fin. *Drogh.*

Quæro [m] *nunc an poſſit reus per pactum renunciare termi-*
16 *no ſibi ſtatuto ad faciendum ſuas defenſiones. Reſp. quòd in cauſis criminalibus poteſt reus renunciare ſuis defenſionibus, quando agitur de imponenda pœna corporis afflictiua. Ita ſentit Gloſ. in l. pactum inter hęredes, in verbo Liceat, ff. de pactis, quę cōmuniter approbatur à Doctoribus, vt ait Duennas regul. 190. in 4. limitatione. Illam etiam dicit eſſe ab omnibus receptam Didacus in Epitom. ſuper 4. Decretal. fol. 202. num.16. Hanc etiam atteſtatur eſſe communem opin. Ant. Gomeſ. cap.1. delictorum, poſt numer.66. Bene verum eſt, quòd ſi reus fuiſſet ſponte cōfeſſus delictum, & iudex illi ſtatuiſſet terminum ad faciendum ſuas defenſiones, poſſet hoc caſu reus illi termino renunciare, & poſſet iudex ſtatim illum morti tradere; & ita practicatur, vt dicit Bald. in l. ſi accuſatoribus, num.11. C. de accuſat. hoc etiam in practica ſatis receptum eſſe teſtatur Didac. in loco prææallegato. Solentque iudices huiuſmodi renunciationi apponi facere clauſulam:* [n] *quia ſcilicet ſcit nullam ſe habere defenſionem, iuxta dictum Bald. in l. rapto res, num. 4. de epiſcop. & cleric. quod ſe dicit ſemper practicaſſe Ang. de malefic. in verbo, Qui iudex dictis inquiſitis, &c. numer.8. Et dicit Angel. in leg. ſed ſi quis, §. quæſitum, poſt nume.3 ff. ſi quis cautio. quòd hac practica hodie vtuntur aſſeſſores: quem refert Aug. ad Angel. in d. verbo, Qui iudex, numer. 14.* [o] *Conſulo tamen iudicib. vt nullo modo curent inducere reos ad renunciandum ſuis defenſionibus, ne ſuper eos, & eorum filios conuertatur, ſi inique fecerint; vt dicit Angel. in dict. §. quæſitum.*
17 *Sed hic* [p] *incidenter quæro, nunquid reus implorans clementiam iudicis, & pe-*

p *Sed hic incidenter*
63 *quæro.*] Adde, † an confeſſio delicti reſultet ex precibus Principi porrectis deci. Pedemont. 138. numero 1. & Capyc. de-
64 ciſ.71. vbi † habetur etiã an narrata in reſcripto præiudicét inter alias perſonas, ſi reus reſcriptum reprobauerit, & ſi lata fuerit ſententia contra illud reſcriptum, & quando confeſſio facta in precibus probet contra confitentem, vide Maſcard. de probat. in concl. 368. & ibi an poſſit reuocari, & in conclu.301. & quod de confeſſione facta in libello, in poſitionibus, in capitulis, & in exceptionibus; & an ex ſupplicatione, & veniæ petitione quis dicatur fateri delictum, vide omnino Farinac. quæſt. criminal. queſtione quinta, numero uigeſimoquinto, vbi latiſſimè.
65 Item adde, † an & quando confitens delictum, & componens cum fiſco poſſit ex prætextu metus ab officiali in ſyndicatu repetere, Io de Amicis conſ.49.
66 Item adde, † an confiteri delictum videatur ille, qui ſoluit aliquid pro compoſitione, etſi ſoluit parti, vel fiſco, ut per Paris de Put. in tract. de ſynd. in verb. compoſitio, an officialis Epiſcopi, numer. 2. Bald. in l. ea quæ ultima column. verſicu. ſed quid ſi non vult negare. C. de cond. indeb. Paul. de Caſtr. conſil.220. incip. notandum, quod in fin. & Pau. Ghirland in tract. de relax. car. titul. de pœnarum compoſit.
67 quæſt.4 & ibi etiam quomodo ſit facienda † compoſitio, ne fateri videatur.
68 Item adde, quod ſe † ſubmittens gratijs, & miſericordiæ Curiæ, ſeu iudicis, prout ſæpè faciunt carcerati in Regno Neapol. ubi iudices regulariter. habent poteſtatem componendi delicta ante ſententiam, præcedente tamen remiſſione partis, non fatetur delictum ſaltem, vt poſſit condemnari, & ſi iudex non vult facere gratiam, vel miſericordiam, in priſtino ſtatu illum reponere debet, quia illa ſubmiſſio intelligitur facta ſub conditione, ſi fiat gratia arbitrio boni viri, alias non nocet Ang. & alij in l. fin. de prætor. ſtip. per tex. in capit. veniens, & in cap. ſane, de renunc. Alex. in conſ.70. num.20. & 21. vol 1. Guido Pap. deciſ.195. ille, qui ſe ſubmittit, & Ioann. Ant. de Nigr. ſuper capit. Regni in capit. 297 incipien. multorum ad aures noſtras, numero 14. vbi late, & Menoch. de arbitr. iudic. quæſtione octaua, numero 37. ſed Gigas in tractat. de crimine læſæ maieſtat. quæſtione 23. numero tertio, dicit, quod ſi venia fuerit petita ſolemniter in iudicio, ſiue corã iudice, quod cenſetur illud fateri; ſi vero extraiudicialiter, illud fateri non videtur, concord. no. per Rom. in l. ſi quis in graui, §.1. ff. ad Syllan. ſed vide Blanc. in repet. l. fin. de quæſt. nu.308. & in pract. crim. q.49. verſ. ſed hic incidenter Alciat. conſil.208 numero 10. & ſequent. lib.5. Franc. Marc. deciſ.389. numero ſecundo, ſecunda parte, Corſett. ad repet. Abb. in verbo, abſolutio, numero 7. & hanc diſtinctionem ſequitur etiam Maſcardus in conclu.501. * & Ioan. Vincent. de Ann. Neapol. in repet. rubri. & cap. 1. de veſſallis decrep. numer. 57. vbi dicit, quod cum Magnificus Iacobus Caracciolus Baro Sicignani compoſuiſſet quemdam Notarium in ducatis ducentis, qui gratijs Curiæ ſe remiſerat, is habuit recurſum ad magnã Curiam Vicariæ, quæ compoſitionem reuocauit, & eum liberauit, non obſtante remiſſione, & cum eſſet appellatum ad Sacrum Regium Conſilium cauſa fuit remiſſa ad Baronem, quę remiſſio intelligitur, vt arbitrio boni viri compoſitionem moderaret, vide etiam Neuiz. in conſil.68. numero duodecimo, & 13. vbi dicit etiam, quod producẽs gratiam, fatetur delictũ, & ibidem tenuit Gram. in conſ.34. nu.5. *Baiard.*

tens [q] *veniam delicti cenſeatur faceri delictum. Reſpon. Si quidem petat veniam delicti ſolẽniter coram iudice, videtur fateri delictum: ſi verò petat veniam extraiudicialiter, illud fateri non videtur. Et hæc diſtinctio eſt de mente Doctorum, vt dicit Gigas de crimi. læſæ Maieſt. fol. 112. quæſt. 23. nu 3. Faciunt, quæ in hoc propoſito dixi ſupra quæſt. 21. verſic. Sed hic cadit.*

q *Veniam.*] Adde Corſett. in repet. Abbat. in verſic. abſolutio, vel venia. Blanc in l. fin. numer.308. ff. de quæſtionib. Alciatus conſilio 108. numero decimo, & ſequent. libro 5. Nota tamen quod qui gratiæ, & clementiæ Principis ſe ſubmittit, iuri ſuo renunciare non videtur, Franciſc. Marc. deciſ.389. numero 2. in ſecunda parte. *Cu.ot.*

QVÆST. L.

De exceptionibus, quas reorum defenſores contra proceſſus criminalis formam proponere ſolet.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De nullitatibus proceſſus.*
2 *Proceſſus formatus contra minorem 25. annis, non dato ei curatore, eſt ipſo iure nullus.*
3 *Quadrageſimali tempore an poſſit procedi in cauſis criminalibus.*
4 *Proceſſus factus ſuper generali inquiſitione an valeat, ita quod poſſit reus ex eo condemnari.*
5 *Et quid in cauſis ſyndicatus officialium.*
6 *Stante ſtatuto, quod alicui denegetur actio, an poſſit iudex ex officio inquirere.*

Ex Additionibus.

1 *Nullitas eſt mera defenſio.*
2 *Nullitas, quæ colligitur ex eiſdem actis, poteſt quandocunque opponi.*
3 *Proceſſus factus per iudicem excommunicatum eſt nullus.*
4 *Excommunicatus publicè quis dicatur, rem ß.*
5 *Proceſſus an, & quando ſit nullus ex defectu indiciorum.*
6 *Sententia faciens mentionem proceſſus, an probet proceſſum præceſſiſſe.*
7 *Et quid ſi ſint lapſi decem anni.*
8 *Curator an requiratur in criminalibus valet.*
10 *Et quid in confeſſione facta vigore ſtatuti.*
21 *Reſponſio minoris inquiſitione cum auctoritate curatoris tũc præſtiti, an valeat.*

QVÆST. L.

1 N*Vnc* [a] *de reorum defenſionibus videamus: & prima quidem eſt defenſio, qua oritur ex illis exceptionibus, quæ* [b] *concernunt nullitatem proceſſus, quarum multas colligere potes*

ADDITIONES Ad Quæſt. L.

1 N*Vnc de reorum defenſionibus.*] Adde, quod nullitas † eſt mera defenſio rei, Paris de Pnteo in tractatu de ſyndic. in §. An ſi ſententia lata, verſ. quædam ſunt ſententiæ, & Felyn. in capitul. ex parte, col. penult. de offic. delegat.
2 Item adde, † quod nullitas proceſſus, & ſententiæ, cauſæ principalis, quæ colligitur ex eiſdem actis, poteſt opponi tempore allegationum iuris, etiamſi aliter primo non fuerit in actis ipſa nullitate exceptũ, & poteſt opponi etiam poſt concluſum in cauſa, dummodo nullitas deprehendatur, vt ſupra ex actis per ſolas allegationes iuris, ita tradit Ferrett. in conſ.379. volumine ſecundo, & Vantius de nullit. in rub. quot, & quibus modis nullit. proponi poſſ. uum.22.
3 Item adde, quod † proceſſus, & omnia acta per iudicem ordinarium, ſiue delegatum publicè excommunicatum, ſunt nulla, & inualida, Vant. de nullit. in tit. de nullitat. ex defectu iuriſdict. ord. numero 137. & ibi num.136. dicit, quod proteſtatio aliqua à parte non erit facienda, & in tit. de nullit. ex defectu iuriſd. deleg. numer.61. cum ſequent. vbi etiam habetur,
4 quando quis dicatur publicè † excommunicatus ad effectum, quod proceſſus non teneat.
5 Item adde, quod † proceſſus valeret, etiam ſi eſſet nullus ex eo, quod iudicijs legitimis non præcedentibus proceſſum fuerit, quia quod indicia debent præcedere, intelligitur locũ habere, ſi inquiſitus comparuit, & oppoſuit de nullitate inquiſitionis ex defectu indiciorum, ſecus ſi non fuerit oppoſitum, cap.2. de accuſat. in 6. Alexand. conſ.120 numero ſecundo, volum.7. Ruin. conſil.80. numero 3. volum.2. Becc. conſil.70. in fin.
6 Item adde, † quod ſententia condemnatoria, vel abſolutoria, criminalis faciens mentioné proceſſus, ſi reperta fuerit in Camera Romanæ Eccleſiæ, vel Theſaurarij inter alias ſententias, & a tali ſententia non eſſet appellatum, vel reclamatum, vel de nullitate dictum intra annum à tempore, quo fuit lata, quod pro tali ſententia præſumatur, & fingatur proceſſum etiam præceſſiſſe, ſecundum Conſtitutionem Marchiæ, libro quarto, capitulo vigeſimoſexto, rubrica de condemnat. in cauſa crimin.
7 Item adde, † quod ſi ex verbis ſententiæ appareat omnia ſolemniter præceſſiſſe, & ſunt elapſi decem anni, non poteſt amplius de nullitate dici, etiam quod non appateat de proceſſu, & ſententia exequi debet. Grammatic. deciſione 24. *Baiard.*

b *Nullitatem proceſſus.*] Adde, quod omnes nullitates, quæ in hoc opere continentur, reaſſumpſi, & annotaui in fine præſentium Additionum. Item conſuetudines, ac alia, de quibus ibi; & adde, quod ſi in ſtatuto contineretnr, quod citato ſtatuatur aliquis terminus, puta octo dierum, ad comparendum, & tamen iudex nō ſtatuerit fortaſſe, niſi quinque, quod ob hoc proceſſus non dicitur nullus, quia termi-

nus ſuppletur à lege tenuit Bald. in l. ſi ea, nu. 19. C. qui accuſ. non poſſunt. *Drogh.*

c *Eſt ipſo iure nullus.*) Adde etiam per Rol. eius conſ. 68. num. 33. libro 2. vbi etiam ſententia redditur nulla tanquã lata contra indefenſum; vt legitur, & notat. in l. cum & minores, C. ſi aduer. rem iud. tenendo iſtam, illam intellige de minore præſente, ſecus de abſente, & contumace, ſtante preſertim ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, vt plenè, & elegãter habetur per Natt. eius conſ. 540. cum duobus ſeqq. vbi obiecta pulcherrimè tollit. Ad vnũ aliud aduerte, quòd ſtatutum, quod contumax habeatur pro confeſſo, & cõuicto, requirit declarationem ante condemnationẽ in qua declaratio fieri poterit, per Rol. conſ. 9. nu. 39. lib. 1. *Giach.*

d *Et praxis id obſeruat.*) Adde Rolan. à Valle conſ. 31. & 1. col. in 1. vol. *Roſ.*

e *Et dicit Boſſ. in tit. de*
8 *confeſſ.*) Adde, quod † idẽ tenuit Anto. Colũb. in ſuo tractat controu. crim. art. 171. ubi dicit, quod in criminalibus non attenditur auctoritas patris, ſiue curatoris, vel alia auctoritas aſſerendo ridiculoſum videri, quod auctoritas † hæc
9 interuenire debeat, quæ adaptari nunquam poſſet, nec inueniretur pater, qui vellet aſsẽtire, quod filius delictum confiteretur; pariter, nec curator, quidatur tantum, ad vtilia gerẽda, & artic. 174. affirmat, quod præſentia iudicis in criminalibus ſupplet defectum curatoris.
10 Item adde, † quòd idem eſt in ficta confeſſione, ſtante ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, quod confeſſio minoris eſt valida, etiam nullo dato curatore, & poteſt cõdemnari, Natt. conſ. 540. & ſeqq. *Baiard.*

f *Obſeruari contra dictam legem.*) Tamen hic aduerte, ꝙ ſtylus contra ius commune non valet, per Dec. conſ. 677. nu. fin. & quod ſtylus vnius curiæ non poſſit operari, ac inducere derogationẽ legis contra ius commune,

ex ijs, quæ ſuperius dicta, & inferius dicenda ſunt in diſcurſu materiæ, & poteſt
2 *etiam poni exemplum, puta, ſi proceſſus fuerit formatus contra minorem 25. annis, nullo prius illi dato curatore: nam eo caſu proceſſus* [e] *eſt ipſo iure nullus, l. Clarum. C. de auth. prẽſtan. et eſt communis opin. vt dicit Boſſ. in tit. ſi aduerſus rem iud. num. 22. Rolan. conſil. 31. num. 2. lib. 1. Et dicit Plaza libro 1. delictor. cap. 32. num. 12. in fin. quod ita in Regnis Hiſpaniarum vſu receptum eſt,* [d] *& praxis id obſeruat. Sed certè iudices noſtri hoc male ſeruant, vt dicit Pract. Pap. in forma inquiſitionis, in verbo, contra, & aduerſus, num. 2. & ita in hoc Ducatu hæc exceptio in practica non admittitur: nam in delictis minor 25. annorum dummodo ſit maior 14. habetur in omnibus, & per omnia pro maiore, maximè quando confitetur delictum, vt dixi infra q. 55. verſ. vlterius etiam. Et dicit Boſſ. in tit. de confeſſis, num. 69. quod ita vidit quotidie* [f] *obſeruari contra d. l. Clarum, & dicta doctorum, de quibus ſupra, tam in confeſſione, quam in alijs actis factis per minorem in iudicio criminali, nullo dato curatore. Fortè poſſet ei prodeſſe talis defenſio ad effectum minuendi pœnam, iuxta ea, quẽ dixi infra q. 60. circa princ.*
3 *Pariter etiam opponi poſſet, quod proceſſum fuerit tẽpore Quadrageſimẽ: nam illis diebus inhibita eſt cognitio cauſarum criminalium, vt eſt tex. in l. quadraginta, C. de ferijs. Sed certè hẽc exceptio parum prodeſſe, quia illa lex quadraginta,* [g] *de conſuetudine non ſeruatur, vt atteſtatur gl. fin. quam refert Marcus deciſ. 409. quæritur in feſtis, poſt num. 1. An autem diebus feriatis poſſit inferri tortura reo, & eo exequi condemnatio capitalis, dixi infra q. 95. verſic. quæro etiam.*
4 *Item quia proceſſum fuiſſet per* [h] *inquiſitionem generalem nulla facta ſpeciali inquiſitione, quo caſu non videtur ſequi poſſe condemnatio: nam inquiſitio generalis fit ad inueſtigandum, non autem ad puniendum, & ſic vt præparetur via inquiſitioni ſpeciali, ſecundum Innocent. in cap. bonæ, il 1. numero 5. de elect. vbi atteſtatur, quod ita practicat totus mundus, & illud dictum Innocen. referunt ſcribentes in cap. inquiſitionis, de accuſat. & in ſpecie Anan. num. 4. & Felin. poſt numerum quintum, & Tiraquell. de pœnis, cauſa 53. num. 3. Idem dicit Ang. in d. l. ea quidem, numero 5. Tu vero (ne erres) aduerte: quia ſi ex inquiſitione generali, id eſt, informationibus, quæ aſſumatur prr iudicem ad inueſtigandum, quis delictum commiſerit, nihil emergat ſpecialiter contra aliquem; nulli dubium eſt, quod ſuper ea non poteſt ſequi condemnatio, Sed ſi reſultent indicia ſpecialiter intra aliquem, tunc ipſe citatur ſuper ipſa inquiſitione generali ad ſe defendendum, & contra eum proceditur, vt dicit Innoc. in loco præ allegato, quem ego fideliter retuli ſupra quæſt. 5. verſic. poterit igitur. Et hoc caſu, facta citatione, & ſecuta litis conteſtatione, ſequi poteſt ex ipſa generali inquiſitione condemnatio, vt dicit Bald. in l. edita, ibi per me allegatus. Et dicit Anton. Rondin. de ſyndic. numero 119. quod ita communiter ſeruatur. Debent* [i] *tamen hoc caſu reo comparente repeti teſtes, & alia fieri, de quibus ſupra dictum eſt in diſcurſu materiæ. Teſtis enim, qui recipiuntur ſuper inquiſitione generali, recipiuntur parte non citata: merito non faciunt fidem contra reum, poſt quam comparuit, niſi ipſo citato, aut præſente repetantur, vt dixi ſupra quæſt. 11. verſic. item quæro, & q. 45. verſ. ceterum ſi reus.*
5 *Scias etiam, quod in cauſis ſyndicatus officialiũ proceditur ſuper generali inquiſitione, & ſuper eam poſſunt Officiales condemnari, etiam nulla ſpeciali inquiſitione*

ſed ſolum declarationem eius, quod eſſet arbitrio iudicis commiſſum, vide per Rol. in conſ. 3. nu. 36. lib. 3. qui num. 24. tenet, ꝙ
11 imò reſponſio † minoris ad inquiſitionem cum auctoritate curatoris ſibi decreti eo momento temporis, quo fuit conſtitutus curator, quo tempore auctorare non potuit inquiſitio ob temporis breuitatem, & ſic ob non adhibitã cauſæ cognitionem nõ valet: & quod cautus debet eſſe iudex; quia non debet pati, neque admittere, quod eo temporis momẽto, quo datus eſt curator, eodem authorizet in aliquo minori, quia nullus eſſet actus ob temporis breuitatẽ ex quo apparet, quod in tali auctoritatis prẽſtatione non præceſſit cauſæ cognitio; quæ ad validitatẽ debet omninò interuenire: quinimò etiamſi in præſtatione auctoritatis interuenisſet cauſæ cognitio, de qua non ſit facta mentio in actu geſto per minorẽ, ille actus non valeret, nec minoris cõfeſſio, & quod plus eſt, non ſufficeret adhibitã fuiſſe cauſæ cognitionem, niſi de ea fiat mẽtio, atque fiat ſcriptura de per ſe, vt plenè per eum ibi, ſed ſtylus, & conſuetudo, quomodo inter ſe differat, vide per Decian. conſilio vndecimo, numero 11. & Natt. in cõſ. 575. num. 31. *Giach.*

g *De conſuetudine non ſeruatur.*) In ciuilibus Farinac. q. 8. oppoſ. 36. num. 36. vol. 3. *Roſ.*

h *Per inquiſitionem generalem.*] Modo, quo ſupra quẽſt. 5. verſic. poterit igitur, quæſt. 6. verſic. ſed quoniam, limita hanc nullitatem non procedere in caſu, de quo infra quæſtio. 55. verſiculo, Quomodo autem, circa finem, videlicet, in illo, qui proiecit Dominum ſuum in lacũ comenſem, credo nempè contra illum Ruſticũ non fuiſſe proceſſum generaliter. *Drogh.*

i *Debent tamen.*) Farinac. q. 72. c. 2. num. 101. & 102. vol. 3. *Roſſ.*

Pro

præce-

K *Pro Barattaria tamen.*) Adde, quod pro barattaria tantum furtis, & illicitis extorſionibus tenẽtur officiales, infra q. 73. uerſ. itẽ iudex, q. 94. uerſ. quẽro nunc, ad fin. ſup. q. 16. uerſ. præterea in fine. Contrarium tamen uide ſeruari contra Poteſtates oppidorum in eodem ſtatu: nam pro qualibet etiã leui, uel minima querela infinitè uexantur: non ſic Poteſtas Cremonæ, & Papiæ cum ſint Senatores, ut eſt ſupr. q. 32. uerſ. ſed hic quæro ad ſin. *Drogh.*

l *In ſyndicatibus hodie non ſeruatur.*) Adde q. 6. uerſ. Ceterum, quæſt. 16. uerſic. Præterea quæro, q. 46. uerſic. plerunque infr. quæſt. 73. uerſic. item iudex. *Drogh.*

m *Sed mihi ſemper placuit.*) Quam communiter teneri ait Suar. commun. opinion. uerb. Actio, ubi alia. *Roſ.*

præcedente, & ita obſeruat conſuetudo, vt dicit Ang. in d. l. ea quidem, poſt num. 5. prout etiam ſi pluries in practica ſeruaſſe dicit etiam Angel. in rep. l. ſi vacantia, C. de bon. vacan. lib. 10. quem ego retuli ſupra quæſt. 5. verſic. hinc eſt. Ita etiam cõmuniter practicari atteſtatur Card. Alexã. in cap. de accuſatione, col. 56. circa med. 2. quæſt. 8. Sed aduerte, quia in cauſa ſyndicatus officialium, licet poſſet agi criminaliter [K] *pro barattaria, tamen vt plurimum agitur tantummodo ciuiliter, vt dicit Franc. Accurſ. de ſyndicatu, relatus per Amad. pariter in tractat. de ſynd. num. 27. affirmans, quod ita eſt obtentum de longa conſuetudine totius Italiæ, à qua non eſt recedendum. Sed ſi pars vellet agere criminaliter (ſecundũ eum) eſſet neceßarius libellus iuxta formam, l. libellorũ, ff. de accuſatio. de qua dictum eſt ſupra q. 12. Et ſi eſſet procedendum ex officio, neceſſaria eſſet inquiſitio ſpecialis, quod tamen ego non credo, verum: ſed puto, quod in cauſis ſyndicatus poſſet ſequi condemnatio ſuper inquiſitione generali, illud tamẽ intelligendo, iuxta ea, quæ dixi ſupra verſ. Item quia, in d. q. 5. verſ. poterit igitur, ſcilicet, quod ad hoc, vt ſuper hac generali inquiſitione poſſit ſequi condemnatio, requiratur, quod officiales ſint citati, & lis conteſtata, & facta monitio ſuper probationibus recipiendis, & data licentia procedendi vſque ad ſententiam. Et hoc modo poterit ſequi condemnatio: & ita ſeruari in practica atteſtatur Bald. in d. l. edita, in repet. Putaui. nu. 39. quem refert idem Amad. de ſyndic. nu. 15. & poſt nu. 29. Et ſic vides, quod eſt differentia inter inquiſitionem generalem, quæ fit contra officiales, & illam, quæ fit in alijs caſibus, niſi quod ea, quæ fit contra officiales, fit ad inueſtigandum delicta per eos commiſſa, licet nulla adſint indicia, neque diffamatio, vt dixi ſupra q. 6. verſ. ceterum quando: Illa verò quæ fit in alijs caſibus, non fit niſi conſtito de delicto. Et ſcias, quod licet gloſſa allegata per Amad. in loco præalleg. nu. 217. dixerit, quod in ſyndicatibus hodie non ſeruatur ordo iuris:* [l] *illud tamen intelligendum eſt, vt procedat, quando officialis ipſe à ſyndicatu aufugit; aliàs ſecus, ut declarat Amad. ibid.*
6 *Poſſet etiam reus ad ſui defenſionem allegare ſtatutum diſponens, quòd illi, qui dicitur offenſus, denegetur actio, prout quandoque fit in bannitis, & in illis, qui onera non ſoluerunt, & huiuſmodi: quo caſu non modo non admittitur eorũ accuſatio, ſeu querela, ſed neque etiã poteſt iudex ex officio inquirere. Ita tenuit Bart. in l. non ſolum, §. quamquam, ff. de iniur. cuius opin. dicit eſſe communem Claud. in repet. l. vt vim. num. 23. in fin. ff. de iuſtit. & iure. Bene verum eſt, quod in hoc articulo multi tenuerunt contrarium, adeò vt Alexan. in l. 2. §. ſublata, num. 4. ff. ad Trebellian. dixerit, quod communiter tenetur contra Bartolum, & illum refert Villalpan. in repet. l. 22. cap. 16. poſt nu. 5.* [m] *Sed mihi ſemper placuit opin. Bart. Si enim ille, qui eſt offenſus conqueri non poteſt, ergo nec Reſpublica, quæ illi prohibet non conqueretur. Et ſolet allegari pro regula, quod non competit actio criminalis Reipublicæ, vbi non oritur parti actio ciuilis. Faciunt, quæ dixi infra quæſt. proxima verſic. & hæc quidem, & ſupra hoc eodem libro, §. homicidium, verſ. alia quoque.*

QVÆSTIO LI.

De exceptione præſcriptionis peremptæ inſtantiæ, & huiuſmodi.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Accuſatio criminalis tollitur ſpatio 20. annorum.*
2 *Et an eo temporis curſu tollatur etiam inquiſitio.*
3 *Et ſi delictum ſit reiterabile, quando incipiat illud tempus currere.*
4 *Et an crimen adulterij præſcribatur quinquennio, remiſſiuè.*
5 *Si ſtatutum præfigat iudici tempus ad inquirendum, an illud incipiat currere a die delicti, an autem a die ſcientiæ.*
6 Et *an iudex, qui eſt ſub ſyndicatu, poſſit ſe teneri exceptione lapſus terminis ſtatuti ad querelandum in edictis ſyndicatorum.*
7 *Et an huiuſmodi maleficia præſcripta obſint ad aggrauandum alia delicta, pro quibus procedi poteſt.*
8 *Perempta inſtantia an reus ſit abſoluendus.*
9 *Et quid de iure canonico.*
10 *Accuſatore mortuo an extinctum ſit iudicium criminale.*
11 *Et an alius volens accuſare ſit admittendus.*
12 *Et an poſſit iudex ipſe proceſſum proſequi.*
13 *Delinquente mortuo an extinctum ſit iudicium criminale.*
14 *Et quid in criminibus.*
15 *Et quid in caſibus, in quibus ipſo iure venit bonorum confiſcatio.*
16 *Et quid ſi reus moriatur, poſt quam eſt de crimine conuictus vel confeſſus, an debeat eius cadauer ſuſpendi.*
17 *Hæres an teneatur ex delicto defuncti.*
18 *Et vltra vires hæreditarias.*
19 *Et quid ſi delinquens reliquerit plures hæredes, quorum vnus tantum ſit ſoluendo, an ille teneatur exonerare conſcientiam defuncti.*
20 *Iudæus, qui poſt delictum factus eſt Chriſtianus, an poſſit pro eo delicto amplius puniri.*

Ex Additionibus.

1 *Limitationes ad l. querelam, C. de falſis, remiſſiuè.*
2 *Condemnatus nõ poteſt opponere præſcriptionem, etiam quod poſt quinquaginta annos poſt ſententiam ſit captus.*
3 *L. querela. non habet locum in* Eccleſia.
4 *Boer. in deciſ. 26. & 263. declaratur.*
5 *Præſcriptio in criminalibus non interrumpitur per oblationem libelli.*
6 Et *an opponatur poſt litem conteſtatam.*
7 *Et an ea non oppoſita proceſſus valeat.*
8 *Præſcriptio poteſt opponi per quemlibet de populo.*
9 *Confeſſio ficta operatur non obſtante præſcriptione.*
10 *Exceptiones ſunt perpetuæ.*
11 *Ciuiliter poteſt agi pro delicto etiam poſt viginti annos.*
12 *Exceptio, quæ poteſt opponi contra accuſatorem, procedit etiam contra iudicem inquirentem.*
13 *Præſcriptio delicti quando currere incipiat.*
14 *Confeſſio an operetur poſt præſcriptionem.*
15 *Fiſcus an reſtituatur ſub prætextu, quod nunc habet notitiam delicti.*
16 *Preſcriptio ſtatutaria non habet locum in crimine falſi.*